

vocatur die *Sträßvogtey Menchingen*: partim denique confinis est pago *Hauftettenfi*, qui spectat ad *Abbatem Udalricanum*. *E.* Gratias ago pro mansueta informatione tua. *F.* Non est, ut gratias agas, fumus enim commilitones.

Colloquium IV^{tum}.

De aëris tempestate & fertilitate terræ.

GODOFREDUS et HENRICUS.

G. Qua aëris tempestate fruitur *Augusta nostra*? *H.* Ut plurimum temperata & salubri. *G.* Qualis est conditio telluris? *H.* Fœcunda fati & fructuosa. *G.* Quas fruges produciunt agri? *H.* Proferunt filiginem, triticum, avenam, linum, rapas, ciceram, lentes & olera. *G.* Quid prata? *H.* Prata & vireta præbent ad necessitatem pabula pro pecoribus. *G.* Fertne arbores frugiferas? *H.* Coluntur quidem in hortis, copiosius autem arborum